

tandiu, quamdiu necessitas donatoris duret. Quare donatore postea consequente beneficium aliquid ecclesiasticum, vel bona aliqua, quibus alii possit, cellabit hac obligatio, quod si bona consecuta non sufficiant ad integra alimenta, diminuetur obligatio donatarii ad alendum, sicut de alii obligatiombus subsidiariis, ut filiorum ad alendos parentes, tradunt auctores.

CAPUT II.

Qualiter valeant renunciaciones legitimæ parentum, & aliorum bonorum factæ in Societate JESU, quando sunt abique parentum consensu in favorem ipsius Societatis, vel cujuscumque operis pii.

SUMMARIUM.

- Explicatur quæ difficultates ingerant, & quot quæstiones disputanda sint? num. 1.
- Facta futura hereditatis an valeant? num. 2.
- Quid si pactum non sit de tota hereditate, sed de ejus parte, an de re particulari? num. 3.
- An intelligatur donatio, hypotheca, & quicumque alius contractus? num. 4.
- An hereditas futura possit hypotheca subici, vel comprehendatur sub generali bonorum hypotheca? num. 5.
- An valeat pactum, sive sit de dividenda hereditate viventis, sive de deferenda, sive sit de dividenda hereditate defuncti, sive sit de deferenda, sive sit de succedendo, sive de non succedendo? num. 7.
- An possit quisquam testari de hereditate, quam sperat, an hoc spes dicatur in filii probabili, & in pure considerabili, & renunciaciones omnibus juribus, quæ sperat, censetur huic renunciare? num. 8.
- An spes hoc succedendi in filii dicatur aliquo respectu probabili? num. 9.
- An dicatur probabile, quando ex ejus dispositione non inducitur eorum captanda mortis? num. 10.
- An pactum filiorum circa hereditatem parentum valeat? num. 11.
- Quid de pacto parentum circa hereditatem filiorum? num. 12.
- Quid de pacto extraneorum circa hereditatem, quam sperant? num. 13.
- An, & cur valeat pactum circa futuram successionem de consensu ejus, de cuius hereditate tractatur, & qualiter in consensu sit revocabile? num. 14.
- An sufficiat revocatio tacita usque consensu, illaque presumatur? num. 15.
- An ex hoc consensu aliquid jus acquisitum sit paciscentibus? num. 16.
- An si consensu juravit non se revocaturum, sit perperus revocando, & tenet factum, ita ut paciscentes maneat liberi? num. 17.
- Quid si ipsi paciscentes juraverint? num. 18.
- An non obstante hoc paciscentium juramento, liceat consensienti revocare consensum? num. 19.
- An valeat pactum, ut in consensu revocari possit, etiam pretio dato, & ea promissa obliget? num. 20.
- An dum consensienti non revocat consensum, maneat paciscentes obligati, & ita neutri restituere liceat? num. 21.
- Quid si non juraverint contractum? num. 22.
- An si fratres conveniant de stando testamento patris, vel divisioni, quam ipse fecerit, de consensu patris possint restituere patre decedente? num. 23.
- An his consensu indigent quinguo testibus infra ultimatum voluntatum? num. 24.
- An sufficiat consensu tacitus ejus, de cuius hereditate agitur referatur quædam sententia, num. 25.
- Explicatur sententia Auctoris? num. 26.
- An sit necesse cum consensum premitte contractus? referatur quædam sententia, num. 27.
- Explicatur sententia Auctoris, num. 28.
- An sufficiat in consensu superveniens, quando contractus sub conditione ejus consensu celebratus est? num. 29.
- Quid si consensu initio aditus, & postea revocatus est, & tandem confirmatus? num. 30.
- Quid si pactum sit de hereditate persone incerta? num. 31.
- An pactum hoc hereditatis viventis comprehendatur juramento? referatur quædam sententia, num. 32.
- Explicatur sententia Auctoris, num. 33.
- An saltem non observant id juramentum sit perperus? referatur quædam sententia, num. 34.
- Explicatur sententia Auctoris, num. 35.
- An possit dari relaxatio hujus juramenti? num. 36.
- An habeat locum ea exceptio in foro conscientie? & explicatur quando lex presumptione nitens habeat locum in foro conscientie, num. 37.
- An valeat id pactum, si est statutum, & consuetudo, ut valeat, postquam Principi id offerret? num. 38.
- An valeat pactum futura successionis, favore pia causa? referatur quædam sententia, num. 39.
- Explicatur sententia Auctoris, num. 40.

An valeat pactum hoc hereditatis, quando non venit hereditas ul-
ventis principaliter, sed accessorie, & sub quadam universitate? num. 41.

An pactum inritum de hereditate viventis, & de alia re, quæ in
pactum deduci potest, sit validum pro hac posteriori parte? num. 42.

An valeat pactum hoc hereditatis viventis, quando venit in con-
sequentiâ alterius contractus liciti necessarii? num. 43.

Quæstio hæc satis difficilis est, & dependet ex intel-
lectu textuum l. finali, C. de pactis, & l. heredi-
tatis C. de pactis conventis, quorum prior decidit, non va-
lere renunciacionem hereditatis perione viventis abique ejus
consensu. Posterior autem decidit, hereditatem solenniter tes-
tamento, & non alias dari posse, quibus renunciatio hæc
ex diametro adversari videtur, cum sit renunciatio totius
patrimonii per pactum irrevocabile, & hereditatis paren-
tum viventium abique eorum consensu. Ut ergo clarè pro-
cedamus, triplex erit quæstio: Prima circa intellectum l.
finalis C. de pactis, & qualiter irrita sit renunciatio, aut
quodvis aliud pactum circa hereditatem tertii personæ ven-
ientis. Secunda circa intellectum l. hereditatis C. de pactis
conventis, qualiter hereditas possit pacto dari. Tertia, an
renunciatio hereditatis, quæ fit à religiosis Societatis JESU
juxta præscriptum constitutionum, valeat, quando sit abique
consensu eorum, quibus succedendum erat.

Prima quæstio fit circa decisionem l. finali, C. de pactis,
& l. reg. 13, tit. 5, p. 1, in quibus deciditur, non pactum,
donationem, dispositionem, obligationem, vel sub-
jectionem hypothecæ circa hereditatem tertii personæ ven-
ienti esse ipso iure irritam, & contra bonos mores, nisi
fuerit cum consensu illius personæ tertie, & in eorum con-
sensu perseveret usque ad mortem. Itaque, ut ea pacta, vel
dispositiones valeant, duplex exigitur conditio prior, ut
consentiat is, de cuius hereditate agitur: posterior, ut in
eo consensu usque ad mortem perseveret; & alterutra con-
ditione deficiente corrumpit pacta. Et uterque textus cum
hujus prohibitionis rationem reddit, cum non accedente
hoc consensu, datur causa captandæ mortis ejus, de cuius
hereditate agitur, ut illi succedatur, & pacta illa suum
effectum consequantur. Quæ ratio jure quoque canonico ap-
probata est cap. 2, de concessione prebende, & cap. ne captandæ,
eodem tit. in 6, ubi interdicitur promissio, vel collatio præ-
bendæ nondum vacantis alienius determinatæ personæ, nec
captandæ alienius mortis occasio tribuitur.

Quæ quidem decisio ampliat primò, etsi pactum non
sit de tota hereditate, sed de ejus parte, tum quia l. fi-
nalis C. de pactis, simpliciter irrita pactum de re aliena,
in quam post mortem succedendum est: tum etiam quia,
cum prohibitionis eadem sit ratio (nempe periculum captan-
dæ mortis) in parte, quæ est in tota, idem jus debet esse
in parte, quod est in tota. l. que de tota, ff. de rei vindica-
tione. Atque ita docent Glossa in d. l. finali verb. declaraba-
tur, & ibi Alectius n. 33, Purpurat. n. 24, in fin. & 35, Bolog.
nu. 58, Menchaca de successione, creatione, lib. 2, §. 18, num. 227.
Imò ob eandem rationem idem dicendum est, etiam pactum
quod sit de specie aliqua, aut re particulari illius heredi-
tatis: neque obstat l. si rem meam, ff. de verb. obligat., & l. si
rem alienam ff. de contrah. emptio, quia illa jura loquuntur,
quando ex alia causa, quam ex successione alterius potest
acquiri, vel quando generaliter consideratur omnis acqui-
rendi causa: at hic textus solum prohibet pactum, quan-
do quis sperat habere rem per secessionem ex mortuæ
tertiæ. Neque obstat etiam post mortem instantia de inutili-
bus spiritualibus stipulationibus, quia ille textus loquitur
de morte promissoris, & sic quando conventio facta est
cum eo, de cuius bonis agitur, vel si loquitur de morte
tertiæ, pactum non fuit initium de illius tertii, sed de pa-
ciscentium bonis. Atque ita docent Bolog. ea l. finali n. 34,
58, & 67, Alectius n. 33, Purpurat. n. 98, Cognol. antiqua editione,
n. 96, 97, vovum, 60, 61, Corneus conf. 84, n. 4, vol. 3, Menchaca eod.
n. 227, Seraphin. de privili. juramenti, privili. 20, num. 9. Quare au-
diendi non sunt Grotius conf. 87, n. 17, Bergius conf. 28, n. 14,
vol. 1, docentes valere id pactum de re particulari.

Secundò ampliat, ut procedat de quocumque contra-
ctu, ut de donatione stipulatione, hypothecæ, nil enim
horum potest fieri circa hereditatem tertie personæ ven-
ientis, quia textus dictæ l. final. generaliter loquitur de
quocumque contractu, utens ditione, quicumque quæ uni-
versaliter quamdam includit, ut vel sic comprehendat
etiam contractus improprè sumptos. Atque ita docent Pur-
purat. ea l. finali n. 33, & ibi Bolog. n. 33, in fin. & 65, & addit
eo n. 33, sive sit contractus principalis, sive accessorius.

Hinc deducitur, licet quis possit obligare generaliter
omnia sua bona presentia, & futura, atque subinde in ea
generali hypothecæ continentur, quæ ex viventis heredi-
tate ad se inde pervenerint, non posse cum tamen specia-
liter hereditatem futuram hypothecæ subijcere: hæc differe-
ntia est, quia, quando generaliter obligantur omnia bona
presentia, & futura, est pactum super hereditate incer-
tæ personæ, secus quando hereditas specialiter obliga-
tur. Atque ita docent Alexand. ea l. finali, num. 5, Jacobinus
de Sancto Georgio ibi, num. 10, Jafin num. 14, Alectius nu. 45,
Cognol. antiqua edit. n. 120, in fin. & 103, novæ, n. 66, Bolog. n. 45.

6 Rurifus

Rurifus deducitur, non valere hujusmodi pactum, sive
sit de dividenda hereditate post ejus mortem, si-
ve de deferendo alicui agatur, sive de finalis alicui, vel
quævis alia conventio fiat, quia dicta lex finalis quacun-
que pactum inritum reddit: & ita docet Cognolus ibi,
antiqua edit. n. 43, novæ n. 29, Alectius n. 55, Bolog. n. 57, Cra-
sus de success. eff. testam. ubi ad instans §. successio ubi interst. 499.
6. Valeret tamen id pactum, si filii generaliter conveni-
rent, ut decedente patre ab intestato, eius hereditas inter-
rent, ut decedente patre ab intestato, æquis portionibus,
quod id pactum tacite inrit. Sic Alectius ea l. finali n. 29,
Menchaca de success. creatione l. 2, §. 18, n. 264, qui bene addit,
secus esse, si id pactum irriteret calu, quo etiam pater cum
testamento decederet, quia id pactum non inest juri.

Tertio ampliat decisio prædictæ l. finali, ut procedat,
sive pactum sit de succedendo, sive de non succedendo,
cum fratribus inritum super hereditate parentum viventium,
quia ejusmodi non succedendi pactum, si effectum confide-
remus, est pactum de succedendo, sive de certo quodam
modo, quo futura viventis hereditas distribueda sit, ita
ut in illius divisione nullam partem habeat renuncians,
sed ceteris fratribus accretat: & hoc inritum abique con-
sensu patris, de cuius hereditate tractatur. Atque ita do-
cent allegati Romano, Alex. Decio, Arctius, Holgerius ea l.
finali n. 11, 57, & 59, Guido conf. 162, nu. 2, Fulgus, conf. 73,
lib. 1, Covar. cap. quomodo pactum 2, in princ. n. 7, vesp. cetero-
rum Suarez l. quoniam in privili. limit. 5, ad legem regum, nu.
3, Anton. Gomez l. 22, Tauri p. 1, Menchaca contrav. usu freq.
lib. 3, cap. 44, num. 2.

Quartò ampliat decisio prædictæ l. finali, ut neque in
testamento possit quisquam disponere de hereditate, quam
sperat. Ducor primò ex verbis generalibus illius l. finali,
in fin. ubi, cum in alienis rebus contra dominii voluntatem aliquid
fieri, vel pacifice facta temporaria nosstrum non pariat. Item,
quia contractibus ad testamenta, & de contra valet argu-
mentum, quando in utriusque eadem est ratio, ut ex multis
probat Everardus in suis topicis, loc. 36, a contractibus ad
ultimas voluntates nu. 1, & 2. At in testamentis militat eadem
ratio, cum disponatur de re aliena abique consensu
ejus, cui succedendum est, & subit periculum, ne in testi-
tamento in eo testamentum infidetur vitæ illius, in cuius her-
editatem successurus est virtute hujus testamenti. Præterea,
quia quæ de hereditate viventis licet vitæ testamenti
disponere, spes illius hereditatis non diceretur vana, &
nullius considerationis in iure, & apud Doctores, fed ma-
ximæ considerationis est, maxime effectus: at dicitur
facta, improbabilis, & vana, nulliusque considerationis,
etiam si spes sit, quam habet filius succedendi in parentum
suorum legitimam, tum quod jura nolint de hac quoquo-
modo tractari, dum superstitibus parentibus, vel alii, qui-
bus succedendum est, tum etiam quod pendat ex volun-
tate parentum successio illa: quævis enim filii sint neces-
sarii heredes legitima tempore mortis relicte, at postunt
parentes, dum vivunt, ea bona dilapidare, ut occidat l. in
suis ff. de liber. & postum. ac proinde nulla superest legiti-
mitas. Atque ita hujusmodi spes vana, jure reprobat, &
nullius considerationis jure appellatur Bart. l. si simpliciter
nu. unico ff. de collatione bonorum, & l. cunctum in princ. nu. 12,
ff. qui testifera coguntur, & l. finali nu. 2, ff. de peculo legato &
l. post emancipationem §. illud nu. 1, de liberatibus legata, & l. in
qui Roma, §. duo fratres, n. 19, ff. de verborum obligat. & l. in
1, lectur. nu. 41, C. de pactis, ubi Bald. num. 3, Paulus n. 2,
Corn. nu. 1, Cognolus antiqua editione, n. 230, usque in fin. no-
væ, n. 134, in finem Purpurat. n. 238, Curtius senior a nu. 2,
usque ad 6, Goradius n. 4, Romano, n. 10, Monterosium, 3, Imola
dicta l. qui Roma, §. duo fratres, n. 30, & ibi Alexand. num. 35,
ad hoc, Jafin autem, si qua mulier, nu. 52, C. de sacrosanctis,
Ecclesiis, & l. i, post, n. 16, ff. de acquirenda hereditate,
Alectius vocans cum Platone pro ipsum allegato, hæc spem
fororum vigilantium, l. conditionales, verb. qui spem, ff. de
votum significatiõne, & l. 1, n. 15, C. de pactis, Matth. de Af-
flicto deff. 350, n. 4, Grammaticus deff. 101, n. 66, Alban. conf.
66, n. 4, Menchaca quest. illustr. lib. 1, cap. 48, n. 24, & de success.
progressi, lib. 1, §. 8, num. 13, Cephalus conf. 526, n. 66, usque
ad 88, vol. 4, Riminaldus junior conf. 199, nu. 62, vol. 2, Peregrin-
us de fideicommissi, art. 23, nu. 52, Anton. de Petra q. 15, n. 104,
Cuius. 99, canon. lib. 2, c. 1, n. 55, & q. pract. tomo 2, lib. 3, c. 42,
n. ult. q. 55, n. 28, Berrazzolus conf. 57, n. 4, usque ad 10,
lib. 1, & conf. 56, n. 98, & 99, & conf. 55, n. 25, 26, & 27, eod.
lib. Decius conf. 34, n. 17, & conf. 74, n. 5, vol. 1, Hondedus conf.
95, n. 38, & 39, vol. 1, & conf. 71, n. 41, & conf. 74, nu. 15, &
conf. 83, n. 30, vol. 2, Barbosa l. post mortem, 41, num. 7, ff. soluto
matrim. Carol. Putius conf. unico, n. 60, habetur post confilia
sfortis tomo 1, & Fulvius Facianus conf. 129, num. 69, tomo 1,
appellat spem legitime inprobabilem, & ita docet nec ne-
cessè tempore probabili deberi. Neque obstat l. spem C. do-
natoribus, ubi dicitur spem futuræ acquisitionis posse do-
nari, quia intelligitur de spe probabili, & considerabili in
jure, qualis est, quæ fundatur in causa de presenti, vel
præterito, nec dependet ex voluntate alterius, cuius bona
sperantur, sed ex futuro eventu sortuito: hæc enim solum
appellat Doctores probabilem. Atque ita Gloss. ea l. spem,
verb. future, inquit, ut quia fit promissio sub conditione,
vel in diem: atque ita hæc solum spem probabilem, &
quæ potest transferri, docent Bart. ea l. post emancipationem,

§. illud, nu. 2, & ea l. qui Roma §. duo fratres, nu. 19, & l. si
uxor, §. Divus nu. unico ff. de adult. Bald. eodem l. finali, n. 3,
Paulus nu. 2, Curt. senior nu. 2, & 3, Romano, nu. 10, Martin. de
Afflicto eadem deff. 150, num. 4, Arctius, conf. 6, num. 9, Tirap.
l. 16, consubstanti, glossa 2, n. 36, Guillelmus Benedictus, Rayna-
rins, verb. si aliquis liberis, d. 2, n. 112, de testam. Ludovicus, Co-
mez, res. de non tollendo quæst. 4, n. 12, & 13, vesp. secundus ca-
sus, Cephal. eodem conf. 526, citatus supra, Berrazzol. conf. 55,
n. 25, & 26, & conf. 56, n. 90, lib. 1, Barbosa l. fructus, n. 20,
in ff. soluto matrimonio. Quare renunciaciones omnibus bonis,
& juribus, quæ sperat, vel habebit in futurum, non cen-
setur renunciare his, quæ ex spe prior, quam vanam, &
improbabilem appellavimus, sperat, sed is solus, quæ sperat
ex spe posteriori, quam probabilem diximus. Sic Bar-
tol. ea l. si post emancipationem §. illud nu. 3, & ea l. si uxor, §.
Divus nu. unico Bald. Paulus, Curtius senior, num. 4, Romano,
Matth. de Afflicto, Guillelmus Benedictus proxime allegati,
Fulvius Facianus conf. 132, n. 10, num. 70, usque ad 88, tomo 1,
licet dicat, quomodocumque sperat habere, quia intelligitur
ex causa de presenti, & ita docet nu. 76, & 77, oportere
expressis verbis dicere: si quo tempore res, vel jus ad
me pertinet, etiam ex causa de futuro. Superius multos
referens conf. 508, n. 29, vol. 2, & conf. 567, n. 20, usque ad
26, vol. 2, ubi hoc bene explicat intelligi, quando jure non
competebat neque re, neque spe, fed provenibat omnino
ex nova causa, quæ non esset eo tempore formata, neque
esset deducenda: & conf. 418, nu. 24, vol. 3, dicit intelligi re-
nunciacionem juris ex causa de presenti, vel præterito, non
autem ex causa juris omnino de futuro: & tamen in
propriis terminis non integrum esse filio, vel cuiuscumque
alii testari de bonis, in quæ succedere sperat, tradit Ber-
razzol. conf. 56, n. 92, & 93, vol. 1, & videtur tenere Bart.
l. final. l. lectura, nu. ultim. C. de pactis, & ibi Alectius nu. 5,
Romano, n. 10, Barbosa l. post mortem 41, n. 9, ff. soluto matrimonio,
ubi indistinctè tradunt non licere de ea spe disponere ali-
quo modo: nam disponere est propriè actus ultimæ volun-
tatis, ut alii allegati probat Berrazzol. conf. 56, n. 93, vol. 1,
Burlatius conf. 347, n. 19, vol. 4, dicens quod renunciatio iuri-
um sibi competentium, & que in futuro competant, in-
telligitur de iuribus competentibus ex causa de præterito,
vel præterito, non autem ex nova causa superveniente.

Secundò dicitur non procedi duplici limitatione intelligen-
da sunt. Prior est, ut spes succedendi parentibus non dicatur
probabilis, nec à jure approbata eo respectu, ut de
ea possit filius disponere, dum parentes vivunt, nec con-
sentiant; at dicatur probabilis, & approbata à jure, ad
eum effectum ne tolli, vel diminui possit illud ius. Sic tra-
dit Alectius l. finali, nu. 4, C. de pactis, Barbosa l. post mortem
41, n. 7, ff. soluto matrimonio, atque ita dicit intelligi doctri-
nam, quam tradunt Bart. l. i, post, num. 8, ff. de acquirenda
hereditate, & communiter receptus, teste Jafine ibi, n. 14, Pe-
trus, Jafine confilia Raitini, conf. 206, n. 2, lib. 1, Tirap. de iure
privilegiis, q. 40, n. 96, ubi dicitur filium habere spem pro-
babilem, & jure admittam succedendi parentibus, jure
l. nec it. 17, §. coram, vesp. præterea, ff. de adoptivis, ibi: non
autem illorum, quos ex iustis iuribus procreavit, dimittatur spes,
quam usufructusque liberorum obsequio parat filii.

Posterior limitatio est, ut hæc spes succedendi dica-
tur improbabilis, quatenus ea inducat votum captan-
dæ mortis: unde quoties votum id non inducitur, dicitur
probabilis, jureque approbata, quia eatenus solum repro-
batur à jure, ab ipsoque interdictum ejus dispositio, quatenus
inducitur illud votum. Et constat quia longè minori
innititur fundamentum spes successione incertæ personæ ven-
ientis, & tamen de ea pactum inire licet, ut probabimus
num. 31, eo quod non inducat votum captandæ mortis:
& similiter idem pactum licet de consensu ejus, de cuius
hereditate agitur, eo quod simile periculum cessat, ut pro-
babimus n. 14, & tamen hic consensu nullam novam pro-
babilitatem confert, fed solum excludit periculum captandæ
mortis, & sic legis prohibitionem. Præterea huic juri potest
renunciari in favorem ejus, qui succedendum est, adhibito
juramento, & hoc pretio aliquo recepto, c. quomodo pactum de
pactis in 6, l. 3, §. interdam, iuncta Gloss. verb. sollicitus, ff. de vul-
gari v. §. si impuberi in fin. ff. de collatione bonorum. Ergo pendere,
vel non pendere à voluntate alterius, nec mutatio naturam
rei, fed tota vanitas, & improbabilitas, ac reprobatio spei
eò solum pertinet, an ex ejus dispositione oriatur pericu-
lum captandæ mortis, necne: & tunc dicitur probabilis,
quando id periculum deficit: improbabilis autem, quando
manet. Tandem, quia necessario concedendum est, seclu-
si juris humani prohibitione, posse vendi, & transferri
spem cuiuscumque futuræ successione: utpote quæ pretio
estimabilis est, nec ulla jure prohibita vendi, atque ideo
id non licet, quod jure humano interdictum tale pactum
l. finali C. de pactis inquitur, ut sit in iure, & tamen
reprobatur propter id periculum. Et ideo hæc partem fu-
sintet Bolog. l. 1, n. 20, & l. finali, n. 21, & 159, C. de pa-
ctis, & citato Fulvius Laderichus conf. 133, n. 7, in fin. vol. 1,
& ideo optimè Curtius junior ea l. finali, num. ultim. afferit
spem hæc futuræ successione dici probabilem, quando ex
consensu ejus, cui succedendum est, pactum de ea innitit,
cum ejusmodi pactum ea l. finali approbatur.

Quintò ampliat decisio prædictæ l. finali, ut etiam pro-

Procedat in filiis, qui quidem non possunt de hereditate Parentum superfluum abique eorum consensu pacifici: quamvis enim textus videatur de illis non loqui, quia expressè loquitur de aliena hereditate ubi, *si sit aliena hereditas*; at spes filii non de aliena, sed de sua hereditate diceretur; pacifici *l. in fine ff. de liberis, & postum.* Item dicitur textus, *ex cognatione forte ad eos devolvende*; at hereditas necessario debetur illis, & non sub dubio, nec filius dicitur cognatus parentibus, sed ex eis natus *l. filius ff. de suis, & legitimis hereditibus & l. scripto ff. unde liberi.* At verè locum habet in filiis ea decilio, quia ratio legis in filiis quoque procedit. Quamvis enim naturali charitate erga parentes alligetur, ac de eorum hereditate his inconculsis pacificentes, offendunt satis cupiditate succedendi ei amori ab ipsis præferri. Nec obstat textum loqui de aliena hereditate non habeant patre vivente eius dominium, quamvis propter spem dicantur quasi domini, *§. si quis instituit, de hereditum qualitate, & diffinitio.* Atque ita docent Glossa *ca. l. finali, verbo aliena, Baza, ibi 2. lectura, n. unico q. 1. & in 1. lectura, statim in prin. & ibi Cynus n. 5. Odofredus num. 4. Bald. nu. 4. Paulus nu. 4. Decius n. 13. Alciatus, nu. 24. Petrus de Bellapertica opposit. 1. Salycetus n. 2. Romanus n. 8. Goradius n. 13. Curtius junior n. 5. Jacobinus de S. Georgio nu. 11. & 12. Purpur. nu. 12. Bolog. n. 69. Cagnol. antiqua editio, n. 107. nova nu. 67. Petrus de Virginia addit. ad Nutrigarium, *Edict. e. in presentia, n. 43. de prebat. Berrandus conf. 197. n. 1. vol. 3. in prior parte Menchaca de success. creatione lib. 2. §. 18. n. 214. & controvers. lib. 1. §. 3. c. 44. n. 15. Crullus de success. §. successio ab intestato n. 9. n. 3. Pergrin. de prelatum, art. 51. n. 24. Berengarius Fernandez in cap. univ. de illis non loquitur matrimonio ad Morganaticam contracto, in prelatio c. 1. n. 2. Ut enim verè filii pacificentes incurant penam, consulendi sunt Auctores allegati; id enim ad nostrum propositum non facit.**

12. Sexto ampliatur, ut decilio locum quoque habeat in parentibus: si enim de filiorum hereditate abique eorum consensu pacificatur, pactum erit irritum: quod quidem fatentur Balasus *ca. l. finali n. 5. Paulus n. 5. Decius n. 15. Purpur. n. 23. & 24. Alciatus nu. 27. Jacobinus de Sancto Georgio n. 11. Salycetus n. 2. Alex. n. 2. Jalon n. 5. & 14. Romanus n. 11. Curtius junior n. 10. Cornutus junior n. 13. Cornutus n. 4. super Glossam, verbo, aliena, Cagnol. in antiqua editione, n. 109. in nota, n. 58. Bolog. n. 28. & 71. Goradius, n. 17. idem Cornutus conf. 84. n. 4. vol. 3. Menchaca de success. creatione lib. 2. §. 18. nu. 21. Crullus de success. §. successio ab intestato n. 9. n. 3. Bereng. Fernandez in cap. univ. de illis non loquitur matrimonio ad Morganaticam contracto, in prelatio c. 1. n. 2. & 3. De ratione autem hujus ampliationis non est modica controversia, at n. 58. arg. 1. explicabimus rationem, quam tradunt alii, & num. 59. solut. ad 3. explicabimus legitimam rationem eius.*

13. Tandem ampliatur ea decilio, ut procedat quando extranei pacificatur de hereditate alicujus viventis. Nec obstat textum *ca. l. finali* loqui de successione cognatorum, ubi: *hereditas ex cognatione forte ad eos devolvende*, quia respondent Doctores allegandi, ea verba apponi gratia exempli, ac frequentiori usus, frequentius enim hæc conventiones sunt de hereditate cognatorum, & proinde in neutro casu dispositionem restringit: atque ita docent Alciatus *ca. l. finali, n. 6. & Bald. n. 4. Decius statim in prin. Salycetus n. 2. Curtius junior n. 13. Cagnol. in antiqua editione, n. 105. & 16. in nova, n. 8. & 9. Alciatus n. 30. Goradius n. 3. Purpur. n. 33. in fine & 34. Bolog. n. 22. Menchaca de success. creatione lib. 2. §. 18. n. 218. Et hujus ampliationis legitimam rationem trademus infra n. 59. in solutione ad 3.*

14. Sed limitatur primo decilio hujus textus *l. fina. C. de pactis*, nisi renunciatio hujus hereditatis personæ viventis adit consensu illius, de cujus hereditate pactum initur: tunc enim valde renunciatio, & quodcumque aliud pactum circa illam hereditatem initum, quippe in consensu tollit periculum captandæ mortis, ne expressè dicitur *ca. l. finali C. de pactis*, ac proinde cessante ratione, deciditur ibi cessare dispositionem illius legis. Ratio autem, ut quod ex illo consensu tollitur hoc periculum, est, ut bene ponderat Bald. *ca. l. finali, n. 1. & ibi Jalon, n. 11. Alciatus nu. 40. Bolog. n. 26. & 45. Purpur. n. 66. Straphis de privilegio paramenti privilegio 20. nu. 31.* quia consentiens sibi consuet præterens hoc periculum, non quibuscumque assentiens, sed viri probis. Quod si postea id periculum immineret viderit, revocavit consensum, atque pacificentes timore hujus revocationis summa ope nitentur illi assentiri, & complacere, nedum curant vitæ illius inditari, & quamvis hanc rem impugnent Curtius junior *ibi n. 5. & Cagnol. ibi antiqua editio, nu. 76. nova, nu. 45.* dicentes hanc revocandi potestatem potius augere votum, captandæ mortis: citius enim ejus mors procurabitur, ne revocet. Sed bene hanc impugnationem refutat Bolog. *ca. n. 26.* quod cum pacificentes neciant an ille revocaverit, & sciant postea revocare, & fore, ut revocet, si vel minimam harum indiciarum indicium suspicetur, curant omnino ab his insidiis se abstinere.

15. Sufficiens autem tacita illius consensu revocatio, ut putat disponendo aliquid contra vim pacti; & ita docent Purpuratus *l. finali n. 73. C. de pactis, & ibi Cagnol. antiqua editio, n. 95. in nova nu. 79. & ibi Claudius Aguenfis ab his allegatis, Menchaca controvers. usu freq. lib. 3. cap. 44. nu. 11. Covar. de pactis 3. p. in fine n. 8. statim in prin. quod idem cla-*

re docent, licet non expressis verbis, Bald. *cap. ad nostram el. 2. num. 7. de jurjurando, & cum sequentes, Decius l. finali num. 7. C. de pactis, & ibi Bolog. num. 57. Natta cap. quamvis pactum de pactis lib. 6. nu. 21. vers. quod singulariter nota, Suarez l. quoniam in prioribus, limitat. 5. ad l. regni n. 2. Antonius Gomez l. 22. Tauri numer. 51. dicunt enim filiam, quæ patre consentiente renunciat hereditati paternæ in favorem fratris, posse succedere, si à patre in testamento instituta, quia revocat consensum; cum tamen hæc non sit revocatio expressa, sed tacita inducitur per contrarium actum. Non tamen presumitur ea voluntatis mutatio presumitur, juxta c. majoris, de baptismo, & bene docet allegatus Claudio Aguenfis, & Lancelotto, Purpuratus *ca. l. finali nu. 73. & 74.**

16. Hinc deducitur, ex hoc consensu nullum sui acquisitionem esse pacificentibus; si enim sui aliquid acquireretur nequaquam integrum esset consentienti revocare consensum in vitis pacificentibus *l. finali ff. de pactis & debitorum pactio. n. 6. C. de pactis, & docent Decius conf. 184. n. 10. vol. 3. C. de pactis, l. finali antiqua editio num. 94. nova num. 69. C. de pactis & ibi Bolognetus.*

17. Secundo inferitur, si consentiens juravit se consensum non revocaturum, fore perjurum revocando. Ratis est, quia non potest revocari consensus abique peccato, ac proinde juramentum non revocandi, tanquam rei licite obligat. Item, qui in juramento non revocandæ ultimæ voluntatis tradit idem communissima Doctorum sententia, dicens revocari cum perjurio; atque ita tradunt Franciscus Vivus in decis. Neapolis, lib. 3. decis. 507. nu. 8. Menchaca de success. creatione, lib. 2. §. 18. num. 229. & 230. in fine, Molina *tom. 3. de justitia disp. 579. num. 40.* Quod quidem intelligendum est, nisi cæperit ex iusta causa suspicari malè de pacificentibus, quod ejus vitæ indiditur; si Menchaca proximè citatus. At tenebit factum revocationis, quia is consensus est similis ultimæ voluntati, & instat ejus ambulatorius usque ad mortem, & instat ejus ambulatorius usque ad mortem, ita & consensus hic; immo non solum in testamento, sed etiam in omnibus actibus variabilibus ex merito disponentis arbitrio habet hoc locum, ut juramentum interpositum non obstat validæ revocationi, ut constat in juramento non revocandi procuratoris, & in similibus, quod congerit Socius junior *conf. 44. nu. 24. & segg. vol. 2. & nos tradidimus lib. 3. hujus operis, c. 17. n. 19.*

18. Tertio deducitur, revocante consensum eo, de cujus hereditate consentium est, liberari proventus pacificentes obligatione pacti, quippe ea pendebat ex eo consensu, & textus *dictæ l. finali* ad eius pacti firmitatem postulat consensum usque ad ultimum vitæ spiritum perdurare; de quo re nemo dubitat. Quod si pacificentes juraverint se non revocaturum contractum. Covar. *cap. quamvis pactum 2. p. in initio num. 2. & 8. vers. quatuor casus, & quamvis concedat hoc pactum non firmari juramento sine prædicto consensu, propter tamen, est trepidus, accedente semel consensu, esto postea ille revocetur, teneri pacificentes observare pactum; quia id legitime juramento firmatum erat. Sed absque dubio dicendum est, revocato eo consensu liberos proventus manere pacificentes ab obligatione pacti, & juramenti, quia id pactum non alia ratione in *dicta l. finali* approbatum, sed firmatum juramento, nisi quatenus accedit consensus perseverans usque ad mortem; quare eo ipso, quod consensus ille mutatur, ac definit esse, cessabit patier obligatio pacti, & juramenti. Præterea, quia cum ei pacto inest conditio tacita, si consensus ille ex conditione virtuali jurasse videntur, si consensus ille perseveret: juramentum enim sequitur naturam primordiale contractus, cui accedit *l. finali. C. de non numerata pecunia*: quare revocato consensu desinat obligatio pacti, & juramenti, tanquam deficiente conditione, à qua pendebat: atque ita docent Paulus *conf. 448. num. 2. lib. 1. Bald. cap. ad nostram el. 2. nu. 7. C. de pactis, & ibi Bolog. num. 58. Quillemus Benedict. cap. Raynarius, verbo, duas habens filias num. 288. de restam. Natta cap. quamvis pactum, de pactis, in 6. num. 21. vers. quod singulariter nota, Suarez, l. quoniam in prioribus, 5. limit. ad l. regni nu. 2. Antonius Gomez l. 22. Tauri numer. 51. Molina l. 2. de primogeniis cap. 3. num. 4. Alter Molina Societatis Jesu tom. 3. de primogeniis disp. 579. num. 40. Crullus de success. ex testamento, & ab intestato §. successio n. 9. nu. 13. Covar. c. quamvis pactum in principio, num. 5. Menchaca de success. creatione l. 2. §. 18. num. 198. 199. & in controversiis usu freq. lib. 3. cap. 44. num. 11. 12. 13. & 14. Franciscus Vivus decis. Neapolis, lib. 3. decis. 507. num. 9. Sordus decis. 14. num. 7.**

19. Atque non obstante hoc pacificentium juramento licitum est consentienti revocare hunc consensum, dum ipse non juravit se non revocaturum, quia pactum, & juramentum horum inter se pendens à libero alterius consensu, quem ex dispositione juris pro suo arbitrio, & voluntatem interitum dum vivit mutare potest, nequit cum libertatem adimere, ut bene tradunt Paulus *conf. 448. numer. 2. lib. 1. Anchar. conf. 403. a num. 3. usque in finem Purpur l. fina. num. 70. C. de pactis, Molina Societatis Jesu ead. disp. 579. num. 40.* Nec huic licet revocationi obest consensum prælitum esse

esse juramento pacificentium, quod id juramentum solos jurantes obliget, consentiens autem non juravit, idque juramentum pendet à libera facultate jure concessa huic consentienti revocandi suum consensum.

20. Quarto deducitur, non valere pactum initum cum eo, de cujus hereditate agitur, nec consensum illum revocare possit, tum quia eo ipso, quod revocare non potest, daretur aucta captandæ mortis, juxta *id. nu. 7. & ac proinde cessaret ratio, ob quam id pactum subdilectum cum eo consensu; tum etiam quia, cum hic consensus sit iustus ultimæ voluntatis ambulatorius usque ad mortem ex iuris dispositione, quo periculum captandæ mortis vitetur, debet in hoc naturam ultimæ voluntatis sequi, quæ nullo pacto inito irrevocabilis esse potest: nemo enim in ultima voluntate legem indidit sibi potest, quam mutare non valet, *l. si quis, in princip. 22. ff. de legat. 3.* quod etiam habet locum in omnibus actibus liberis, & variabilibus ex merito disponentis arbitrio, non enim potest quis cum legem sibi imponere, a qua non possit recedere, ut tradit Socius junior multis illustratis *conf. 44. n. 23. & segg. vol. 2. & probat esse Bartoli, & omnium ea l. si quis, in principio, Atque ita docent Paulus *ca. l. finali n. 8. C. de pactis, & ibi Purpur. n. 70.* qui bene libidit, idem esse dicendum quantumcumque stipulatione ac promissio firmata sit; & ego addo posse revocari, licet pretio aliquo accepto consentium sit, ne revocari possit, tenebitur, si revocet, pretium restituere; id enim probant rationes adductæ. Quoties enim is consensus revocari non potest, daretur aucta captandæ mortis: neque hæc promissio non juramento firmata obligaret, quia promissio non revocandi testamentum est ipso jure irrita, ut bene probat Molina *tom. 1. de just. disp. 151. col. 6. in solut. ad 1.* At hæc promissio similis est ultimæ voluntati ex dispositione textu *dictæ l. finali.***

21. Quamvis autem hæc revocatio, consentienti licita sit, ad dum consensum non revocet, teneatur pacificentes observare contractum, quia ex parte ipsorum firmus omnino erat, dum consensus non revocatur. Atque ita docent Bolognetus *l. fina. n. 72. & 79. C. de pactis, ibi Cagnol. antiqua editio, n. 95. nova nu. 97. Bolog. n. 56. Wolfenbutcius conf. 71. n. 47. lib. 2.*

22. Atque hoc verum est, quamvis pacificentes non confirmarent jurjurando suum pactum, quod ad ejus valorem neutiquam juramentum requiritur, ut bene tradunt Franciscus c. quamvis pactum nu. 11. de pactis, in 6. Menchaca de success. creatione, lib. 2. §. 18. nu. 198. Covar. c. quamvis pactum 2. p. in initio nu. 8. casu 4. Gamma decis. 375. in 6. Molina, tom. 3. de justitia disp. 579. n. 40. Cephalus *conf. 34. nu. 10. & conf. 122. volum. 1.*

23. Ultimo deducitur, si fratres inter se conveniant in modo testamento patris in quodam dividendi hereditatem stando parte consentiente, aut de stando divisioni, quam ipse fecerit, si pater consensum mutet, manere liberos fratres a pacto, si fuerit conventio de tunc hereditate, si ve de re particulari: in omnibus enim his diximus procedere decisionem *l. finali, atque idem pactio illa pendebat a consensu patris, & ita docent allegatis Curtio, & Decio, Bolognetus, ead. l. finali n. 48.*

24. Possent autem aliquis existimare non consensum indidit quævis testibus, quia ultima voluntas hoc testium num. indiget, *l. fina. C. de codicillis*, cui assimilatur hic consensus. At dicendum est sufficere testes ordinarios in contractibus requisitos, tum quia hic consensus non est verè ultima voluntas, cum per illum nihil disponatur, sed solum profectur assensus pacificentibus, & ita est actus inter vivos; tum etiam, quia est actus accessorius contractui principali, qui valet cum testibus ordinariis: & esset absurdum ad consensum accessorium majorem testium numerum exigi quam ad pactum principale, cui accedit, cum accessorium sequatur naturam principalem, *reg. accessorium, de regulis juris, in 6. & ita docent Purpur. l. finali nu. 74. C. de pactis & ibi Bolog. n. 47.*

25. Restant autem hæc difficultates circa hunc consensum. Prior difficultas est, an sufficiat consensus tacitus ejus, de cujus hereditate agitur, si vel illi præsens pacto sit, vel sciat pactum initum, & cum possit contradicere, non contradicere, sed tacet? Quidam negant, quia *l. finali, C. de pactis*, ait, eo sciente, ait, & jubente: quare ultra scientiam, petit iustum, qui in solo consensu tacito non reperitur. Præterea, quia, quoties exigitur consensus alicujus, debet esse expressus, ut multis citatis probat Campesius de dote, p. 5. qu. 61. nu. 3. & consertur Doctores, quos allegavimus *lib. præced. c. 11. n. 11.* dicentes, quoties requiritur licentia alicujus, cum debere esse expressam, Atque idem hæc partem sustinent Claudius Aguenfis, & Lancelotto *ca. l. fina. quos refer, & sequitur Bolog. ibi nu. 60. in fine, & ibi Cagnol. in antiqua editione, n. 80. & 82. & in nova n. 48. & 49. Paris conf. 24. n. 13. lib. 2.*

26. Cæterum multo verius est, sufficere consensum tacitum, tum quia quoties exigitur licentia, vel consensus alicujus non ad essentialiam actus solemnitatem, sed ad evitandum eius damnum, satis est licentiam, vel consentium tacite præstari, ob quam rationem, cum *lib. 55. Tauri*, quæ hodie est *lib. 3. lib. 5. recipit*, exigit consensum viri, ut ejus vitetur præjudicium ad contractus uxoris, sustinetur *diffinitio ca. lib. 55. q. 14. Gomez Arias n. 21. 22. & 23. Antonius Gomez ibi n. 5. & 7. Matienzo ea lib. 3. glof. 1. a n. 7. ff. Summe Th. Sanchez. Peri III.*

que in fin. & lib. 2. glof. 1. n. 12. Molina, tom. 2. de just. disp. 243. col. antep. §. si uxor, sufficere consensum tacitum viri. Cum ergo consensus ejus, de cujus hereditate convenitur, exigatur ad vitandum ejus præjudicium, ne vitæ illius indidat parentur, fat erit tacitus consensus. Præterea, quia, quod ea *l. fina. C. de pactis*, dicitur, sciente, & jubente, intelligitur, id est, consentiente, quia supradictæ, accomodaverit voluntatem; & sic per præcedentia declaratur sequentia, *l. qui servus plurimum, ff. de legat. 1.* Tandem probatur ex doctrina Bartoli *l. cum probatur, §. libertas, n. 6. de legat. 2.* ubi traditur, filium, cui interdum est agere sine consensu patris, *l. cum non solum, §. necessitatem C. de bonis, qua liberis*, posse agere filium cum patre, quod tunc videtur pater consentire. Sufficit ergo consensus tacitus, & prælitum esse scientiam cum taciturnitate. Atque ideo sententiam hanc sustinet Decius *conf. 31. n. 4. lib. 1. Curtius junior conf. 88. n. 3. & 4. Paris conf. 26. n. 114. lib. 2. & conf. 1. n. 121. lib. 3. Azaron conf. 52. n. 1. lib. 1. Rostin conf. 3. nu. 3. lib. 2. Purpur. ca. l. finali, n. 67. Cephalus conf. 146. n. 5. lib. 2. Menchaca conf. 1. n. 166. & conf. 92. n. 47. lib. 1. Riminaltus junior conf. 580. n. 25. vol. 5. Sordus conf. 355. n. 16. vol. 3.*

27. Posterior difficultas est, an satis sit consensus ejus, de cujus hereditate agitur, superveniens contractui de hereditate futura inito? negant aliqui, nisi pacificentes prius pactum saltem tacite confirmarent, ut quia presentes essent tempore illius consensus, neque contradicerent, quia cum contractus ab initio fuerit nullus, nequit abique novo pacificentium consensu rursus haberi, juxta doctrinam Abbatis *c. quod sicut n. 9. de elec. ubi tradit, electionem nullam, quod a minori Capituli parte facta sit, non posse vires assumere ex consensu particularibus aliorum supervenientibus, Item, quia quod ab initio vitiosum est, non potest tunc temporis convalescere, *reg. quod in initio ff. de regni juris, ubi late Decius a n. 1. in fine ad 7. plurima adducit exempla, & probat ad n. principio nullum non confirmari rati habitatione superveniente; atque ita tradunt Claudius Aguenfis, quem refer, & sequitur Purpur. l. fina. n. 68. C. de pactis, & ibi Bolog. n. 33. & 46.**

28. Sed verius est, & hujusmodi consensum supervenientem sufficere ad prioris pacti valorem, quia quoties consensus non desideratur quasi substantialis adus forma, sed solum gratia evitandi damni consentientis, satis est si contractui celebrato ille accedat, quod satis, si superque ei damno cedente prospiciatur accedente illo consensu postea, ut alii allegatis tradunt Anton. Gomez *lib. 55. Tauri n. 6. Azobed. lib. 3. recipit, lib. 3. lib. 2. n. 25.* At ad solum vitandum consentientis damnum requiritur consensus. Item, quia quando actus aliquo respectu vitæ validus, ratiocatio illius retrotrahitur, ut allegato Bartolo, & Arstino tradit Decius *reg. quod in initio, in fine ff. de regul. juris, a* ad hujusmodi contractus non fuit ab initio omnino irritus, utpote cui nihil ad solemnitatem essentialiam peritum deficiebat, sed flos ille consensus ad vitandum consentientis damnum. Atque ita hæc partem tradunt Decius *conf. 31. nu. 4. vol. 1. Baldus l. finali, n. 22. C. de pactis, & ibi Salycetus n. 10. in fine, Romanus nu. 89. Alciatus n. 41. Purpur. n. 45. Cagnol. antiqua editio, nu. 79. nova, n. 48. Menchaca de success. creatione, §. 18. n. 269. Josephus Ludovicus in actionibus Perusinis, 2. part. decis. 71. in fine, Sordus conf. 355. nu. 15. vol. 3. immo addit Decius lat esse, si postea consensus is, de cujus hereditate agitur, non contradicere, verum Menchaca *conf. 11. nu. 15. vol. 1. ait, tunc, nec firmatus, cum per illum nihil disponatur, sed solum profectur assensus pacificentibus, & ita est actus inter vivos; tum etiam, quia est actus accessorius contractui principali, qui valet cum testibus ordinariis: & esset absurdum ad consensum accessorium majorem testium numerum exigi quam ad pactum principale, cui accedit, cum accessorium sequatur naturam principalem, *reg. accessorium, de regulis juris, in 6. & ita docent Purpur. l. finali nu. 74. C. de pactis & ibi Bolog. n. 47.***

29. Restant autem hæc difficultates circa hunc consensum. Prior difficultas est, an sufficiat consensus tacitus ejus, de cujus hereditate agitur, si vel illi præsens pacto sit, vel sciat pactum initum, & cum possit contradicere, non contradicere, sed tacet? Quidam negant, quia *l. finali, C. de pactis*, ait, eo sciente, ait, & jubente: quare ultra scientiam, petit iustum, qui in solo consensu tacito non reperitur. Præterea, quia, quoties exigitur consensus alicujus, debet esse expressus, ut multis citatis probat Campesius de dote, p. 5. qu. 61. nu. 3. & consertur Doctores, quos allegavimus *lib. præced. c. 11. n. 11.* dicentes, quoties requiritur licentia alicujus, cum debere esse expressam, Atque idem hæc partem sustinent Claudius Aguenfis, & Lancelotto *ca. l. fina. quos refer, & sequitur Bolog. ibi nu. 60. in fine, & ibi Cagnol. in antiqua editione, n. 80. & 82. & in nova n. 48. & 49. Paris conf. 24. n. 13. lib. 2.*

30. Similiter verius est, sufficere consensum tacitum, tum quia quoties exigitur licentia, vel consensus alicujus non ad essentialiam actus solemnitatem, sed ad evitandum eius damnum, satis est licentiam, vel consentium tacite præstari, ob quam rationem, cum *lib. 55. Tauri*, quæ hodie est *lib. 3. lib. 5. recipit*, exigit consensum viri, ut ejus vitetur præjudicium ad contractus uxoris, sustinetur *diffinitio ca. lib. 55. q. 14. Gomez Arias n. 21. 22. & 23. Antonius Gomez ibi n. 5. & 7. Matienzo ea lib. 3. glof. 1. a n. 7. ff. Summe Th. Sanchez. Peri III.*

